

Rep. I.V. 5.

00 We

(an p. 100)

~~Köthen~~

~~an p. 100~~

Z 9

Schlossbibliothek

Köthen-Anhalt

Gu.

~~an p. 100~~

III.V. 5.



SSO *** SSSO SSO *** SSSO

Laus

PEDICULL,

quondam

Solis Mendicorum Patribus conscriptis

DANIELE HEINSIO

inscripta,

nunc

Cum omnibus ijs, quorum deliciae sunt,

Animalculum istud nutrire vel venari,

communicata,

GELASIMUS STICHO

Actu 2. Scen. 1. v. 68.



M. DC.

XXIX.

Logos ridiculos vendo, agite licemini.

SSO *** SSSO SSO *** SSSO



ORATIO.

De laude PEDICULI.

Sacrum morbum esse Opinionem, verè pariter ac eleganter, Patres mendicorum conscripti ab antiquis proditum memoriæ est. Cujus tanta vis & efficacia est, ut si quem leviter afflaverit, eum tanquam vincitum constrictumq; teneat, neq; ad veritatis lucem oculos at-tollere permittat.

Id verò maximè est deplorandum, quod in tunicatâ non modò plebe hæreat, sed judicia ipsa, in quibus de salute agitur mortalium, cum semel invasit, suffragia ac sententias moderetur, & in partem alteram, utrum videatur, decernat ac statuatur: immò hercules pro iudice sedeat.

Quod in causâ rei nostri manifestum esse, quis tam nullo præditus est sensu, quin fateatur?

PEDICULUM animal nobilissimum, hospitem hominis perpetuum ac domesticum, ortum ex homine atq; creatum, in iisdem focis & laribus educitum, eorundem Penatium, & si quæ domesticæ religiones sunt, omnium participem, vestrum verò comitem fidissimum, premitunt quantum possunt homines & in contemptum adducunt: neq; terrâ jam & mari, sed quam unam habet vitæ & fortunarum sedem, corpore humano interdicit ac proscribunt. Cujus rei causam si quis quærat, nullam præter unicam opinionem inveniet: quæ ut penitus ex animo tollatur vestro, ad salutem rei interesse existimo. Quam ut vobis diligenter commendem, fatis est, si laudes ejus non ignotas esse vo-

bis patiatur. Ajunt primò omnium infame esse nomen. Dii vestram fidem! quod à parte honestissimâ desumptum esse ipsi non negant, unde P E D E M primo, mox ut blandientes ac amantes solent, P E D I C U L U M dixerunt: non profecto minus casta voce, quàm aut Oedipum aut polypum, quo & ipso hoc animal notatur. Ergo opinionis vim videte. Pediculorum montem, Populos pediculos, Pediculorum agrum & flumen dici nemo turpiter existimat. Ne de foliorum pediculis & fructuum hîc agam. Quamquam equidem Romani ne præclara quidem & magnifica deesse illis voluerunt nomina. Ut cum Sexcupedes subinde & serpentes dicunt. Multo verò minus Græci, qui ab ipsâ rationis officina, cerebro humano, unum inter cætera dedere. Quamquam sanè reus noster nihil ad serpentinere quo dicatur nomine existimavit unquam. Quam præclaram *αἰδία Ποσειά* sine dubio è Stoicorum barbis superciliisq; in quibus olim vixit, crediderim havsisse. Cæterum quandoquidem à patria plerunq; laudis originem & oratores & Philosophi deducunt, quod Platoni quoq; in Menexeno placuit, reus noster neq; Athenas neq; Romanam producet, quarum civitatum præconia ad fastidium usq; sæpe audivimus. Patria illius Homo est. Cujus laudes prædicare velle, putidi sit & inepti. Sicut autem solus ratione præditus est homo, ita ratio in suprema ejus editaq; parte, domicilium ac sedem suam habet: capite nimirum, quam profecto tanquam arcem quandam sibi, minimè ut reor contemnendam, delegit. In hac nascitur, in hac educatur, in hac omnes opes suas stabilitas & fundatas habet. Hujus incola est & civis, non inferiora hercule secutus. Cum verò, quemadmodum antiquus Poëta eleganter cecinit, bono vicino nulla res sit melior, ille mentem, ille intellectum, ille prudentiam ac sapientiam vicinas ac propemodum domesticas habet. A quibus cum longissimè asinus absit, lentum animal ac hebes, pediculos non novit. At contra prudentissimi mortales, præter hominem, canem quoq; ac philomelam

Iam ardentem sectantur: quos ingenio præstare norunt. Ne non verum sit, quod primum ab Homero, mox ab Aristotele est dictum, cum similibus similes ut plurimum conjungi, soli ab ingenii felicitate divinitatis nomen Platoni imposuit antiquitas. At pediculi ejus proverbio circumferuntur. Ne de Pherecus de & Alemane dicam, quos ad necem usque sunt secuti. Nobilissimi ergo in capite morantur.

Plebs habitat diversa locis.

Multas enim, ut plurimum, colonias ducunt, in vestibis, in superciliis, in barbâ, licet non ejusdem omnis generis. Antiquitatem illius si spectes, supra Erichtheum ac Cecropem ad Deucalionem continuabis. Simul enim ac Saxa Spiritu humano incallescere cæperunt, hunc calorem reus noster est secutus, qui ut quam longissime ab omni frigore versetur, sua semper interesse existimavit. Homo ergo è saxis, ex homine natus est pediculus: tantò nobilior origine, quanto saxis & lapidibus nobilior est homo. E. Carne nasci Aristotelis opinio est, è sanguine autem Theophrasti. Utramque nobilissimam esse corporis nostri partem, nemo ignorat. Ajunt è corruptione nasci & hoc telum contra innocentiam valere posse, crudelissimi actores arbitrantur. Nolite pati, Patres conscripti imperitiam in foro vestro ad calamitatem rei, ultra veritatem posse. Idem enim homini, idem cunctis animalibus eveniet, ex corruptione enim Sanguinis semen, è corruptione seminis homo, cætera item animalia nascuntur. Quid pavone formosius? è corruptione ovi nascitur; quid apibus prudentius? quid verò fædum minus, magis autem necessarium? corruptione bovis nascuntur. Nihil enim generat ex alto Natura, nisi istâ lege ut aliquid corrumpat, & tamen ista quoque simul, ut omnia conservet. Unde & omnia mutari, nihil interire à Pithagorâ est dictum. Contra verò, ita me Diæ ament, mirâ ratione factum id videtur, ut eodem modo duo celeberrima nascantur anima-

animalia ; Pediculus & Phœnix ; alter è Parentis sui cinere : alter è
 lende. Quare, nec sine causa, nobilissimi scriptores utriusq;
 originem conjungunt. At verò Aristoteli si credas, nihil fieri è
 lende jam vicarium divinitatis primum feceris Pediculi auctorem.
 Calorem nempe universalem, quem non sine causâ creatorem A-
 rabes dixerunt, cui cum hoc animal est procreandum naturalis
 quoq; accedit. Jam si educationem videas, simul ac usuram lu-
 cis usurpare Pediculus capit, iis artibus ac disciplinis
 instituitur in quibus plurimum utilitatis sibi repositum esse ad vi-
 tam existimat. Non natare discit, in continente enim habitat.
 Neq; literas & disciplinas, quippe quas prodesse parùm ad virtu-
 tem doctoribus plerunq; videt : sed in re familiari & domesticis
 negotiis occupatus quicquid ab edendi exercitio reliquum est
 otii, contemplationi impendit facilitate autem vivendi, ad Ho-
 meri Deos *εἶα ξωνίλας* quàm proximè accedit. Ci-
 bum enim non quærit : sed in promptu habet : & quocunq; se con-
 vertit, sine apparatu ullo fruitur paratis. Jam & alia cum Home-
 ricâ divinitate habent Communia.

οὐ γὰρ οἴον ἔδρας, ἔ πινυς αἰδοπα οἶνον

Nec fruges comedunt, nec libant munera Bachi.

Terram non exercent aut arant, sed humanas carnes vellunt le-
 niter ac pungunt. Constitutionem corporis si quæras, penè oculo-
 rum aciem excedit, membra quidem certè mira subtilitate arti-
 fex natura fecit : Ut ad intellectum proximè accedant, visum au-
 tem vix admittant, quod cum in corporeis propemodùm commu-
 ne habent. Quæ nobilitate suâ sensus excedunt. Quare solâ rati-
 one penetrari possunt. Etiam cum Atomis, è quibus Archite-
 ctus Leveippus, fabri Democritus & Epicurus orbem hanc con-
 struxerunt. Quas idcirco *corpora materiali, corpora prima, primordia, reo-
 rum semina, item materiam* familiaris Epicuri Poëta dixit. Sed præser-
 tim Acari notus Aristoteli, qui & nomen idem ferè, certè ab eo-
 dem,

dem, contraxit, cæterum nec dividi nec findi, & propemodū videri non potest. Qvi si incurret in oculos, neq; modo ipse sed & membra sub adspectum singula venirent, præcipuè autem Pedes, faxo hamatum illud asperum ac leve atomum spectares. Jam vivendi genus placidum delegit ac tranquillum. Non volatile, ut aves, neq; desultorium, ut pulex: Sed pro dignitate vitæ suæ stabile ac quietum, passu tardo ac composito incedit: neq; quicquam est philosophiâ tam amplecti, quàm silentium Pythagoræ videtur. Intentionem enim mentis nihil æquè ac strepitus offendit. Quæ si est continua, felicitatem quidem certè humanam transcendit. Neq; ab actione tamen prorsus se abstinere, continuo enim epulatur. Amicitiam cum homine colit: fide verò eum superat, quippe

— — — — fugiunt cadis

Cum face siccatis amici:

Ferre jugum pariter dolosi.

At pediculus manet. Nec fortunam! venientem sequitur aut fugit recedentem, nisi quod adversa, hoc est vestra, (ea est præclaræ mentis generositas) magis delectetur. Paupertatis enim comes est & assecla.

Fortunam vitat & superba civium potentiorum limina.

Quare, quemadmodum Scipio nunquam! minus ociosus erat, quam cum otiosus esset: Ita vos patres conscripti nunquam minus esse solos arbitror, quàm cum soli in compedibus & carcere versamini. Adsunt enim vobis comites fidissimi, qui in crucem usq; vos sequuntur, sed præsertim, Pessulatas sive plactulas quas vocant: quæ in pube, axillis, barba palpebrisq; plerunq; stabulantur: quemcunq; semel invasere locum, ejus ad supremum usq; Spi-

Spiritum tenacos. At de cæteris, mirum est ac supra fidem, id quod dicam. Nam ut Trojanorum Deos magnos & Penates cum jam urbem invasuri essent Græci, eam reliquisse nobilissimi Auctores tradidere, ita isti, cum quem moriturum vident, agminatum recedunt. Neq; id medicos prudentes unquam aut philosophos fefellit. Unde Ariolos nonnulli & divinos dixere. Res eorum gestas, si mensuram corporis respicias, paucas esse credas aut nullas.

*Jam simul Heroum laudes & facta parentum
Jam legere, & quæ sit poteris cognoscere virtus.*

Indiversum profinus abibis. Ipsi enim sive ingenuâ ut arbitror, modestia, sive quod annalium memoriâs contemnunt, rebus aliis intenti, laudes suas, & quæ fortiter gessere nō nolentibus hominibus dissimulant. Syllam quidem hercule, terram Principem, quibus Mithridatem, bis Marium devicit, qui Athenas profligavit ac evertit, ferro Italiam ac cædibus miscuit, facto simul agmine invasere. Quid Arnulphos, Antiochos, Herodas, Maximianos, Pheretimas, Honorios commemorem, aut Cassandros, reges omnes principesq; cum quibus sine ferro & milite congressi, illustrem ac præclaram victoriam tulêre, ut in meritò, si quicquam judico, usurpare de se illud reus noster possit.

*εἰμὶ Φθείρ ἀδρῶν δαμάτωρ, δαμάτωρ ἢ πρᾶντων
τῆς μεγαλανότης Φθείρ θέμιδ' Ἰερᾶτων.*

Quos latinè reddidissim, nisi carmen Romanum fugeret pediculus: Græculis non sine causa æqvior. Reliquos autem omnes, cum quibus versatur, benignè ac familiariter habet. Non etenim lancinat aut lædit quenquam, sed titillat. Quam in re ut rectè in Phædone ait Socrates, major non sit voluptas dubites an dolor. Nisi quod ex ipso dolore oritur voluptas. Quam quidem titillationem ita vobis gratam esse equidem confido, patres conscripti, ut præ-

præcipuum ac maximè iucundum paupertatis vestræ ac calamitatis condimentum esse arbitrer. Sæpe vidi quanta delectatione modo tergum, modo caput, modo latus modo partem aliam quam leniter sollicitare hospes vester cæperit, fricare soleat. Si voluptas enim teste platone mera est repletio, ea autē nascitur ex iudiciis, causâ voluptatis vestræ quæ in frictiōe sūma est, nullā præter hunc quæ accusatis, minor si adferre potestis, quæ (quod lepidū est dicam) caput dum scalpitis, membra fricatis, hoc ipso non extinguitis, sed generatis. Cujus rei causam si petitis, philosophi dicent. Quid quod medici officio funguntur? Sanum enim optimeque constitutum iis esse caput, quos invadunt, ipsi medicorum principes fatentur. Jam in morte quā constantia, Dii boni, quā præsentia sunt animi! Sæpe enim Fatō jam vicinus aliquis & in pectine positus, in quo diem claudere supremum solet, spatia aliquot securus conficit: nequid præter vitæ antea actæ dignitatem faciat, aut existimationi suæ maculam inurat. Cujus magnas ac præclaras quidem animas, summam habere semper constat rationem. Augustus quidem Cæsar *ἰσθαινασία* optabat: mortem facilem ac repentinam. Quam me iudice unus hic consequitur. Non etenim lentis non acutis cruciatur doloribus. Non laterum, non renum non vesicæ morbos experitur. Puto quod nascente illo venus in octavo ab Horoscopo loco constituta fuerit, quæ ut Mathematici nos docent, mortem facilem & ab omni immunem dolore, generi mortalium, quorum non postremus est iste decernit. Ille autem pollice converso protinus extinguitur. Eā tantum parte deplorandus, quod immerito. Quamquam nec idcirco sit miser. Nemo enim innocentem & calamitosum, rectè in felicem dicat. Id quod olim ante mortem Socratem dixisse ferunt, cum amici quidem ideo dolere se dicerent, quod immerito è medio tolleretur. Et plerique quidem morte extinguuntur acerba. Ideoque sine pompa ludis ac præcone, exponuntur verius quam efferuntur: tacito non indictivo funere. Forte quod

B

intra

intra tyrocinium & ante sumtam virilem togam moriantur. Unde & intestati discedunt. Atq; hæc quidem pauca sunt de multis. Nam quis omnia se posse speret? Cum præcipuus scientiæ consultus ac interpres rerum omnium Homerus, naturam ejus cum quo vixerat circumventus Ænigmate explicare non potuerit, rædioq; rei expirarit. Fortè & in pænam.

Sunt nonnulli quippe, qui de dignitate ejus parum reverenter a libi locutum ferunt, Grammatici nimirum: qui à reo nostro nunquam alieno animo fuerint, patrini ejus hospites ac familiares.

Vos vero Patres principesq; Mendicorum etiam in posterum videte, quid agatis. Nam si vos supplicium delectet, in promptu relegatio est aut exilium. Possunt enim aut in terram deponi, aut, quæ vestra est civitas in alium honoris specie ac cum judicio transferri, ubi ævum sicut prius agant, neq; quicquam præter locum commutent. Exemplo sanes non caret, & proficere in re magna serum nunquam esse debet, sapientissimos mortalium, Indos esse habitos, jam inde à Gymnosophistis, non ignoratis. Gentem apud eos esse ferunt, Bancanam quam vocant, eâ parte quam Guzzarat dixere, qui cum admirandi hujus animalis soli prope intelligant præstantiam fovent & benigno hospitio indulgent. Cæterum ut mire est sæcundum, ubi generis propago jam diffunditur.

Et nati natorum, & qui nascuntur ab illis, è deserto sacerdotem vocant, qui divinis eos manibus cum caput, suo capiti imponit, ac deinceps liberaliter educit. Sunt qui captos in parietum ruinis deponunt ac occultant: Si quis autem mortem inferre paret, dum assistunt, lacrumis ac precibus primum intercedunt, ne videlicet in oculis ac in conspectu suo tantum patrari facinus contingat, quæ si nihil possunt, avro vitam singulorum redimunt. Hæc si nunquam audivistis, saltem nunc vos tangant & religione animum commoveant. Misere mini per ipsas eorum umbras ac Manes, qui crudelitatem vestram sunt experti. **Parcite miseris**
sup-

supplicibus, victis, consanguineis vestris ac propinquis, qui è vobis
nati, à vobis educati sunt. Qui vos colunt, vos sequuntur, vobis
adhærent, & fortunam vobis cum utramq; experiri sunt parati.
Date operam, ne dum solam opinionem sequimini, multis mo-
dis à veritate aberretis, aut dum nihil quam per svasionem tuemi-
ni, scelere eam cumuletis.

Hactenus Heinſius, qui sequuntur Ænigmatismi
& Epigrammatismi & alia de pediculo, sunt corollaria pro
lectore, pro Emtoꝛe, Nicolaus Reusnerus
in Ænigmatographia fol. 154.

*Est nova nostrarum cunctis captura ferarum.
Ut, si quid capias & tu tibi ferre recuses,
Et quod non capias tecum tamen ipse reportes.*

Idem ibidem fol 378.

*In densis silvis venor bis quinq; catellis
Quod capio, perdo, quod non capio, mihi seruo.*

Jocosarium.

Perreptat vestes corpusq; caputq; PEDICLUS,
Semper Adamigeno cum grege bella gerens,
Nec quenquam sibi demandato munere fungi,
Nec Somnum in media carpere nocte sinit,
Nec concedit, ut in gyrum bene ducere fusum,
Possint famineæ Virgineæq; manus.
Propterea rixæ toties cædesq; moventur,
In digitis unguis inde cruore madent.

B 2

Qvis

Quisquis es, hostili ne fors lædaris ab ore,
Vermiculo huic dentes excute, tutus eris.

Epitaphium.

PEDICULI

Heic jaceo tenui sub mole *PEDICULUS*, ungue
Quem nuper miles comminente fudit.

Carissa mea mortis, quæ sit, fors quaritis? unã
Nunquam contentus conditione fui:

Crinibus implicui pulchra me sæpe puella,
Sæpe anuum turpes complacere sinus:

Si mendicorum peragrassem pallia sola,
Semper ubi tutum Fata dedere locum,

Vivus adhuc fruerer suavis melligine carnis,
Humano fruerer sanguine vivus adhuc:

Militis in diri dum vero mystaca repo,
Heu repens diri militis ungue necor:

Vos fratres intra mendicùm septa manete.
Pro nece si vitæ longior avra placet.

Quod

Quod quidam Germanicæ Poeticationis
non ignarus ita vertebat.


Aehler in diesem Sandt elend ich lieg begraben/
Doch sicher vor dem Wolff/doch sicher vor dem Ra-
ben

Ich Armselige Lauß/ die wellandte in dem Kleidt
Bey Son: vnd Werktagszeit suchte die volle Weyde:
Ein Blutgirtiger Mann/von Barbarischen Sitten/
Denn auch der Satan selbst omb Gnade nit darf bitten/
Ein Binnensch/ein Soldat/das schwache Leben nam/
Daß ich von einem Druck die letzte Noth bekam.
Wenn doch von einem Schwerdt ich worden wehr er-
schlagen.

Vnd auf den Plecken mich die Kriegsleut hingetragen
In meine Klufft/es solt vor Trost ein Ehr mir sein/
Aber der lose Tropff thät mit dem Nagel sein.
O Leser/fragstu mich/was Ursach sey gewesen?
Die Wahrheit höre an/ich konte nie genesen
An einerley zustandt/ich t hat mich flechten ein
In frembder Händel Sach/wo es nur konte sein.
Oftt ich verkroche mich ins Haare der Jungfrauen/
Daß schöne Nymphen Volck mit wonne zubeschawen/
Es war mir Herzenslust vnter dem grünen Kranz/
Wie vnter dem Gezehle/wann man mich erug zum
Tanz.

Bißwollen hab ich mich bey Betteln einverkrochen/
Vnd in die Hexen Haut gantz grimmig eingestochen/
Da habe ich geküßt die hungerige Zeen
Das in den Wunden tief die Narben musten stehn
Wann bey der Betteley alleine wehr geblieben/
In sanfter stiller Ruhe/die Malzeit eingeleben;
Als bey der Pracherpursch ich in den Lumpen saß
Vnd in der schwarzen Farb/wie in dem grünen Graß
Gewiß so könt ich noch der Jahren viel erleben/
Vnd für den herben Thode in sanfter Freude schweben/
Das Fleisch gab mir die Speiß/das Blut den sieten
Wein

Ob Ganymed es het selbstn geschencket ein.
O Thorheit! Thorheit groß! Als ich zum Krieger kom
Hab ich ein schlechtes End für meine Ruhe genommen/
Durloser Knebelbart/du wilder Knebelbart
Ein Narr istis/ der zu dir nimbt seine Hoff wahlhart/
Auf deiner durren Held bin ich erlegt worden/
Von des Soldaten Hand/die Rauben kan vnd Morden
Wollet ihr leben lang/ihr liebsten Bruderlein
Meidet Tyrannen Volck / zu Bettlern zie-
het ein.




uß

/
en

m
/

t/

den
ein
te=



...mactuli nati dem...

78 L 1648

ULB Halle 3
 000 997 889




kein Rest

VD 77

*



at gru
nebe
lger
narch
in sch
die A
ein
sch
ihm
gan
fnech
a groß
eprad
wled
derrid
zu del
in gr
war
nb/w
gar g
bs/n
den M
ieses
en sch
euffe
är ich
den de



Laus

PEDICULL,

quondam
Solis Mendicorum Patribus conscriptis
a
DANIELE HEINSIO
in scripta,
nunc

Cum omnibus ijs, quorum deliciae sunt,
Animalculum istud nutrire vel venari,
communicata,

GELASIMUS STICHO

Actu 2. Scen. 1. v. 68.



M. DC. XXIX.

Logos ridiculos vendo, agite licemini.

